



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Guillelmi Postelli De Repvblica**

**Postel, Guillaume**

**Lvgdvni Batavorvm, 1635**

Cap. IX. De trierarchis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

• Iud furum genus, ut tenuioris fortunæ homines cogentur apud plerosq; divites indumenta pro foribus relinquere, si vellent admitti: quod in Atheniensibus taxat Aristophanes in Pluto.

ἄλλ' ἐχὶ φερόμεν ἔγωγε ἰσέπρητα.

*Nonne furaturus huc venio?*

Nunc autem à diatariis ad naucleros eo.

## C A P. I X.

*De Trierarhis.*

**N**ON pro celebriori dignitate, sed pro maiori numero nunc *ἐπιπράγῃ*. i. *triremium præfecti* mihi sunt tractandi, eo potissimum nomine, quod spem salutis non raro in re navali Athenienses posuerint. Numerum auctores non præfiniunt, quoniam pro rei necessitate augebatur, aut minuebatur. Unum id tradunt, com-

ATHENIENSIVM. IOI  
communiter duodenos id mune-  
ris una obire solitos: quibus pa-  
cis tempore fartum rectum nava-  
le præstare incumbibat, belli ve-  
ro etiam parere ducibus, & aliis  
præfectis: qua in re Veneti etiam  
imperatorem creant absolutæ, &  
veluti Tribunitiæ potestatis, qui-  
bus in locis classis conducta fue-  
rit. In civitate enim eo iure uti-  
tur. Trierachorum, seu navar-  
chorum, aut nauclerorum (nam  
pro eodem usurpare has tres vo-  
ces Græci solent, quanvis prima  
ab imperio triremium, altera na-  
vium, tertia à sorte navium dica-  
tur) erat præterea munus, ut pro-  
priis opibus, & impensis in Rem-  
publ. collatis naves, triemesque  
curarent, & refici, & construi.  
Ad hæc præmonebant principes  
senatores urbis si quid in re nau-  
tica esset unde Respubl. in discrimen  
posset adduci, si per illorum  
curam suppleri non poterat. Re-

vera is ordo non magistratus  
(quanvis quidam Græci id tra-  
dant) sed coactus ad contribu-  
tiones civium numerus videtur:  
qui etiam hodie à Venetis legi  
ex mercatorum, & sellulario-  
rum, atque viliorum numero in-  
gruente necessitate solet, non ut  
ministrent aliquid, sed una ars,  
aut duæ unius triremis im-  
pensas persolvant: unde maxima  
auri vis cogitur. *Ærarium* vero  
populare non modicum est in  
multis locis, quas scholas vo-  
cant, ubi sub Iohanne, & Paulo,  
Antonio, Diva Virgine, religiosi  
civium, & plebeiorum cœtus  
sunt. Hoc officii genus sensim  
labefactatum emendavit Demo-  
sthenes, lege in illos lata qui eli-  
gerentur ad hoc munus: quod  
cum alibi, tum potissimum patet  
in oratione contra *Æschinem*:  
Videte, inquit, viri Athenienses,  
in *Republ.* administranda quot  
vobis

vobis commoda attulerim  
quum viderem navale vestrum  
labefactatum, atque divites col-  
lato modico ære à tributis im-  
munes, eos vero qui mediocres,  
aut fere nullas haberent posses-  
siones, rem familiarem in eo ab-  
sumere, indeque vestram Remp.  
longe deteriori conditione fie-  
ri: legem tuli per quam divites  
quidem pro census æstimatione  
conferre coëgi quæ iure debeant,  
pauperes vero ab iniuria vindica-  
vi. & paulo post clarius multo  
aperit. Prima legum constitu-  
tione sedecim una triremis unius  
impensis satisfacere solebant,  
ipsis quidem divitibus nil, aut  
parum infumentibus, egenos ve-  
ros cives opprimentibus: Lege  
vero mea statutum est, unum-  
quemque pro ratione faculta-  
tum numerare: tumque visus est  
qui primum decimam partem  
impensarum triremis unius sup-

peditabat, posse duabus in solidum satisfacere. Unde antea non trierarchos se vocari volebant, sed contributores, Oratio eiusdem authoris in Androtionem fere tota est in hoc negotio declarando. Verum præter illa, quæ iam scripsi, nil est diversi, nisi quod solerent Prytanes corona aurea donari bene administrata re navali: qua negligentius curata, etiam si diligentissime cæteras officii partes absolvisset, privabantur. Latini etiam Græca voce appellant Trierarchos. Cic. act. 3. in Verrem, ubi de testimoniis contra illum agit, Qua de re, ait, Charidemum Chium testimonium proprio actione dicere audivistis, sese quum esset trierarchus, & Verrem ex Asiæ decedentem, &c. Item ad senatuscons. Trebellianum. l. Seius. Seius Saturninus archigubernius ex classe Britannica,

A T H E N I E N S I V M. 105  
nica, testamento reliquit fiducia-  
rium hæredem Valerium Maxi-  
mum trierarchum, à quo petiit  
ut filius, &c. Facile vincuntur  
Athenienses à Venetis. Verum  
præter Novemviros, qui armis,  
funibus, & navali præsumt, nil  
mihi scribendum reliquit Gaspar  
Contareus Cardinalis patri-  
cius Venetus. ita ample, & ele-  
ganter illius partes descripsit, ut  
vinci arte nequeat. De Tur-  
carum autem apparatu mariti-  
mo copiose egi in nostra Turci-  
ca Historia. quare ad cætera  
veniendum.

C A P. X.

*De undecimviris.*

**U**NDECIMVIROS Græco  
vocabulo τὲς ἑνδεκά dici so-  
litos, quos etiam νομοφύλακες,  
atque ἱπάρχες, id est, præsides,  
G s nun-